

Rejectis vero his rythmis alios excogitavit adductus Garofalo Italus l. c. p. m. 28.

*Schimgnù*

*Mlachim*

*Haasínu*

*Rosenim*

*Anochi*

*La Fovà*

*Anochi*

*Aschirà*

*Asammer lajova*

*Elobe*

*Fisraèl*

Facillimum esset eadem verba ad alios reducere rythmos, si operæ pretium faceremus. Cui enim licentia voces transponendi & mutandi conceditur, is in lingua rythmorum feraci, facillime diversos producit rythmos, prout *είχες* vel longiores vel breviores reddere voluerit. Nolumus addere, quæ in his rythmis displicent; redibimus potius, unde digressi eramus, ad carmina nostra lugubria, in quibus nulla *ὁμοιοτέλευτα* studio conquista reperimus. Casu natos ex parte agnoscimus rythmos, sed non studio conquistos, sed casu factos. In carmine quidem Davidis in Saulis obitum composito sese offerunt rariores, sed tales etiam in aliis libris profaïcis offendimus. In Carmine in libro Josuæ allegato, & duobus *είχοις* absoluto, invenitur rythmus, sed nullo modo purus, quod quivis, qui accuratius istum inspiciet, observabit:

*Vajaamòd haschschemesch, bachazì haschschemájim,*

*Vlò àz labòh, Cjom thamim.*

*im* enim cum gravi & *ájim* penacutum haud consonare aurium mensura vel maxime monstrat. Miramur itaque summo opere Clar. Clericum, qui etiam h. l. *ὁμοιοτέλευτα* invenisse putat: *Omittendum non est, inquit, quod in aliis antiquis-*  
*simis*